



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLXXI. De Expugnatione duorum Castrorum terrae Nadoviae in
territorio Rethovvis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
 Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.

CAP. CLXX.

De

*Bello Nadrowitarum & conversione
 plurium de dicta terra.*

Anno Dn. MCCLXXIV. reversis ad *Anno Dn. MCCLXXIV.*
 Sanctæ matris Ecclesiæ unitatem *Gregorius Papa X. habuit*
 Pogefanis, Warmiensibus, Nattangis, *Consilium Lugduni pro*
 Barthis & Sambitis, factâque cautione *subsidio terræ S. in quo*
 debitâ per obsides, quod nequaquam *Græci ad unionem S. Ec-*
 de cetero tam detestabilia attentarent, *clesiæ redierunt. Nuncii*
 sed fidei & fratrum imperio humiliter *quoque Tartarorum ba-*
 obedirent, Magister & fratres solliciti *ptizati sunt. Dominus Be-*
 ad dilatandum terminos Christiano- *neventura Cardinalis de*
 rum, contra gentem. Nadrovvitarum *ordine fratrum Minorum*
 arma bellica paraverunt. Postquam ergo Tirsco Pater Man- *mortuus est.*
 dolonis castellanus de Wilovv, de quo superius est præmissum,
 se cum omnibus sibi adhærentibus fidei & fratribus subdidisset,
 plures de Nadrovia viri potentes & Nobiles venerunt ad fratres
 successivis temporibus cum omni familia sua, & renati fonte
 baptismatis, relicti Idolis, servierunt Deo vivo Jesu Christo.

CAP. CLXXI.

De

*Expugnatione duorum Castrorum ter-
 ra Nadovia in territorio Rethovvis.*

Kk 3

Fra-

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.*

FRater Conradus de Tierberg
Magister considerans prudentiam & fidelitatem istorum Nadrovitarum, & (cum) per eorum recessum terræ Nadroviæ multum essent debilitatæ, misit fratrem Th. Advocatum terræ Sambiensis & exercitum cum eis ad dictam terram Nadroviæ. Qui in gressu territorium Rethovvi rapinâ & incendio vastaverunt, & procedentes ultra ad duo Castra dicti territorii post longum bellum inter eos habitum tandem divino freti auxilio utrumque expugnaverunt, & occisis & captis multis hominibus, ipsa cum suis suburbiis ignis incendio consumpserunt, tantaque præda in equis, pecudibus & aliis rebus recepta fuit, quod vix eam deducere potuerant.

*Anno Dn. M.CCLXXV. Innocentius Papa V. qui prius dicebatur frater Petrus de Tharen-
taks Ordinis Prædicatorum,
& Rudolphus Rex Romanorum regnaverunt.*

Hoc tempore primogenitus Rudolphi Regis rediens victoriosè de Comite Sabaudia in Reno submersus est.

C A P. C L X X I I.

De

Expugnatione Castri Otholichia.

Non longè postea idem Fr. Th. Advocatus de Magistri mandato assumptis sibi pluribus fratribus & CL. equitibus cum multis peditibus navigio procedentibus venit ad territorium Nadroviæ, dictum Cathou, & ordinatis Sagittariis ad loca debita, applicatisque scalis ad mœnia, aggressi sunt ad impugnandum Castrum Otho-

Anno M.CCLXXVI. Adrianus Papa V. & Rudolphus Rex Romanorum regnaverunt.

Hoc anno Albertus Episcopus Pomesaniensis adificavit Castrum & oppidum Risenburg in terra Pruschie.

Eodem anno Joannes Papa XXI. natione Hispanus, magnum in arte physica librum